PRIUS QUAM UERBA
conlationis hui
us quae habita est cum
summo uiro abbate
theona incipiamus
euoluere necessarium
reor ut initium conuer
sionis eius breui sermo
ne perstringam quia
ex hoc uel meritum uiri
uel gratia euidentius
poterit patere lectori.
Hic igitur adulescens ad
modum parentum stu
dio imperioque conexus
est uinculo coniugali;
nam dum pudicitiae eius
religiosa sedulitate
prospiciunt et ancipi
tem lapsum lubricae
uerentur aetatis prae
ueniendos adulescentiae
motus licito nuptiarum
remedio crediderunt.
Cum ergo hic unius lustri
tempus cum coniuge per
egisset uenit ad abbatem
iohannem qui tunc tem
poris merito sanctitatis elec
tus diaconiae praesidebat.
non enim ad hunc gradum
quilibet propria uolun
tate aut ambitione pro
uehitur. Sed is quem
cunctorum seniorum
coetus aetatis praeroga
tiua et fidei atque uir
tutum testimonio ex
cellentiorem omnibus
sublimioremque censue
rit. adhunc inquam
beatum iohannem cum
pia deuotionis studio
praedictus tunc iuuenis
aduenisset et deferens re
ligiosa munera inter
ceteros possessores qui
certatim decimas uel
primitias frugum sua
rum memorato seni de
suis substantiis offere
bant. uideretque eos senex
cum multis ad se mune
ribus confluxisse et de
uotioni eorum uicissi
tudinem cupere rependere

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 575, p. 51 – Johannes Cassianus, Collationes patrum XVII-XXIV (http://www.e-codices.ch/fr/csg/0575/51)